

Passionis Dominicæ considerationem, *Historicam*, *Spiritualem*, *Exemplarem* & *Mysticam* seu *Allegoricam*. Quatuor dicit eam nobis præbere *Specula*, *Peccati puta*, *Ira divina*, *Gratia* & *Virtutum*, quarum tria priora ad *Spiritualem*, ultimum ad *Exemplarem* Meditationem concinnè referuntur.

Reliqua, uti & alia, angustia chartæ & ratio instituti nostri excludit: Hoc enim tantum voluimus dicere & probare, *iugem illam Passionis Dominicæ meditacionem non tam repentinam aut conceptivam horulas, quam solennes & statas sibi posse ferias*. Idque jam jussimus *tres* nostros facere discipulos in eâ, quam sibi *duo* ex illis illustriorem exoptant, panegyri, quum ex *octonis* & *vicens*, qui annis præterlapsis præcesserunt, *aetibus Oratoris* hactenus nullum memorie *Passionis Dominicæ* sacraverimus, quod negligere neglectæ pænè fuerat indicium religionis futurum. CHRISTUS itaque pro nobis omnibus passus & crucifixus Vobis, *Patroni* & *Fautores benevoli*, & animum sui memorem & nostris studiis faventem inspiret, sic enim fiet, ut petitione nostrâ non insuper habitâ ad Redemptoris passionem recolendam frequentes confluatis. Valete PP. Budissæ post Dominicam Judica CIC L.

Dicturi autem sunt

MARTINVS **Seydemann** Laubano Lusatus de (1) Patiente Personâ, (2) Passionis Causâ, (3) Merito & Effecto, (4) Christianorum debito seu Gratiarum Actione, ipse simul gratias solennes acturus & huic Scholæ valedicturus. JACOBVS Thuno ex Trajectu Hojeri Lusatiorum CHRISTI in doloribus Patientiam exponet.

ANDREAS Manitius Muckenbergen sis ejusdem CHRISTI Salvatoris morientis Innocentiam ostendet, simulque pro beneficiis per quinquennium fermè acceptis gratias acturus valedicet.

